

**AT THE FOOT OF THE ALTAR
(Kneel)**

P: † In nómīne Patrīs, et Fīlīi, et Spīrītus Sanctī. Amen.
P: Introībo ad altāre Dei.
S: Ad Deum qui lætīficat iuventūtem meam.

(Psalm 42)

P: Júdice me, Deus, et discérne causam meam de gente non sancta: ab hómīne inīquo et dolóso érue me.

S: Quia tu es, Deus, fortitúdo mea: quare me repulisti, et quare tristis incédo, dum affligit me inimicus?

P: Emítte lucem tuam, et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, et adduxerunt in montem sanctum tuum, et in tabernácula tua.

S: Et introībo ad altāre Dei: ad Deum qui lætīficat iuventūtem meam.

P: Confítebor tibi in cithara, Deus, Deus meus: quare tristis es, ánima mea, et quare contúrbas me?

S: Spera in Deo, quóniam adhuc confítebor illi: salutāre vultus mei, et Deus meus.

P: Glória Patri, et Fīlio, et Spīrītui Sancto.
S: Sic ut erat in princípīo, et nunc, et semper: et in sæcula sæculórum. Amen.

P: Introībo ad altāre Dei.
S: Ad Deum qui lætīficat iuventūtem meam.

P: † Adjutórium nostrum in nómīne Dómini.
S: Qui fecit cælum et terram.

P: Confíteor Deo omnipoténti, beatæ Mariæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctīs Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctīs, et vobis fratres: quia peccávi nimis cogitatióne, verbo, et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

S: Misereátur tui omnipotens Deus, et, dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.
P: Amen.

S: Confíteor Deo omnipoténti, beatæ Mariæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctīs Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctīs, et tibi pater: quia peccávi nimis cogitatióne, verbo, et ópere: **(strike breast 3 times)** mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et te Pater, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

P: Misereátur vestri omnipotens Deus, et, dimíssis peccátis vestris, perdúcat vos ad vitam ætérnam.
S: Amen.

P: † Indulgéntiam, absolutiōnem, et remissiōnem peccatórum nostrórum, tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus.
S: Amen.

P: Deus, tu convérsus vivificábis nos.

S: Et plebs tua lætábitur in te.
P: Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

S: Et salutāre tuum da nobis.
P: Dómine, exáudi oratiōnem meam.
S: Et clamor meus ad te véniat.

P: Dóminus vobiscum.
S: Et cum spírītu tuo.
P: Orémus.

P: Aufer a nobis, quæsumus, Dómine, iniquitátes nostras: ut ad Sancta sanctorum puris mereámur méntibus introire. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Orámus te, Dómine, per mérita Sanctorum tuórum, quorum reliquiæ hic sunt et ómnium Sanctorum: ut indulgére dignéris ómnia peccáta mea. Amen.

(Only at High Mass when incense is used)

P: *Ab illo benedicáris, in cuius honóre cremáberis.*

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

INTROIT

Jeremiah 29: 11; 29: 12; 29: 14

Dicit Dóminus: Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis: invocábitis me, et ego exáudiam vos: et redúcam captivitatem vestram de cunctis locis.

(Ps 84: 2) Benedixisti, Dómine, terram tuam: avertisti captivitatem Jacob. Glória Patri et Fīlio et Spīrītui Sancto, sicut erat in princípīo, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Dicit Dóminus: Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis: invocábitis me, et ego exáudiam vos: et redúcam captivitatem vestram de cunctis locis.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Kýrie, eléison.
S: Kýrie, eléison.
P: Kýrie, eléison.
S: **Christe, eléison.**
P: Christe, eléison.
S: **Christe, eléison.**
P: Kýrie, eléison.
S: Kýrie, eléison.
P: Kýrie, eléison.

(Stand at High Mass)

P: Glória in excélsis Deo. Et in terra pax homínibus bonæ voluntátis. Laudámus te. Benedícimus te. Adorámus te. Glorificámus te. Grátias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam. Dómine Deus, Rex cæléstis, Deus Pater omnípotens. Dómine Fili unigénite, Jesu Christe. Dómine Deus, Agnus Dei, Fīlius Patrīs. Qui tollis peccáta mundi, miserére nobis. Qui tollis peccáta mundi, súscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patrīs, miserére nobis. Quóniam tu solus Sanctus. Tu solus Dóminus. Tu solus Altíssimus, Jesu Christe. † Cum Sancto Spírītu, in glória Dei Patrīs. Amen.

P: Dóminus vobiscum.
S: **Et cum spírītu tuo.**

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: Orémus.

COLLECT

Absólve, quæsumus, Dómine, tuórum delícta populórum: ut a peccatórum néxibus, quæ pro nostra fragilitate contráximus, tua benignitate liberémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fīlium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spírītus Sanctī, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

S: **Amen.**

(Sit)

EPISTLE

Philippians 3: 17-21; 4: 1-3

Fratres! Imitátores mei estóte, et observáte eos, qui ita ámbulant, sicut habétis formam nostram. Multi enim ámbulant, quos sæpe dicébam vobis (nunc autem et fletum dico) inimicos crucis Christi: quorum finis intérītus: quorum Deus venter est: et glória in confusióne ipsórum, qui terréna sapiunt. Nostra autem conversatio in cælis est: unde etiam Salvatórem expectámus Dóminum nostrum Jesum Christum, qui reformábit corpus humilitátis nostræ, configurátum córpori claritátis suæ, secúndum operatiónem nostram, quia fratres mei caríssimi et desideratíssimi, gáudium meum et coróna mea: sic státe in Dómino, caríssimi. Evómina rogo, et Syntychen déprecor idípsum sápere in Dómino. Etiam rogo et te, germáne compar, ádjuva illas, quæ mecum laboráverunt in Evangélio cum Clémēte, et ceteris adjutóribus meis, quorum nómīna sunt in libro vitæ.

S: Deo grátias.

GRADUAL Psalms 43: 8-9

Liberásti nos, Dómine, ex affligéntibus nos: et eos, qui nos odérunt, confundisti. In Deo laudábimur tota die, et in nómīne tuo confitébimur in sæcula.

LESSER ALLELUIA
Psalms 129: 1-2

Allelúja, allelúja. De profúndis clamávi ad te, Dómine, exáudi oratiōnem meam. Allelúja.

**AT THE FOOT OF THE ALTAR
(Kneel)**

P: † In the Name of the Father, and of the Son, and of the Holy Spirit. Amen.
P: I will go unto the altar of God.
S: To God, Who gives joy to my youth.

(Psalm 42)

P: Judge me, O God, and distinguish my cause from the unholy nation, deliver me from the unjust and deceitful man.

S: For Thou, O God, art my strength, why hast Thou cast me off? And why do I go about in sadness, while the enemy afflicts me?

P: Send forth Thy light and Thy truth: they have conducted me and brought me unto Thy holy mount, and into Thy tabernacles.

S: And I will go unto the altar of God: to God, Who gives joy to my youth.

P: I shall praise Thee upon the harp, O God, my God. Why are you sad, O my soul, and why do you disquiet me?

S: Hope in God, for I will still praise Him, the salvation of my countenance, and my God.

P: Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit.
S: As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

P: I will go unto the altar of God.
S: To God, Who gives joy to my youth.

P: † Our help is in the name of the Lord.
S: Who made heaven and earth.

P: I confess to almighty God, to blessed Mary ever Virgin, to blessed Michael the Archangel, to blessed John the Baptist, to the holy Apostles Peter and Paul, to all the Saints, and to you, brethren, that I have sinned exceedingly in thought, word, and deed: through my fault, through my fault, through my most grievous fault. Therefore I pray blessed Mary ever Virgin, blessed Michael the Archangel, blessed John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, all the Saints, and you, brethren, to pray for me to the Lord our God.

S: May almighty God have mercy on you, forgive you your sins, and bring you to life everlasting.
P: Amen.

S: I confess to almighty God, to blessed Mary ever Virgin, to blessed Michael the Archangel, to blessed John the Baptist, to the holy Apostles Peter and Paul, to all the Saints, and to you father: that I have sinned exceedingly in thought, word, and deed: **(strike breast 3 times)** through my fault, through my most grievous fault. Therefore I pray blessed Mary ever Virgin, blessed Michael the Archangel, blessed John the Baptist, the holy Apostles Peter and Paul, all the Saints, and you, Father, to pray for me to the Lord our God.

P: May almighty God have mercy on you, forgive you your sins, and bring you to life everlasting.
S: Amen.

P: † May the almighty and merciful Lord grant us pardon, absolution, and remission of our sins.

S: Amen.

P: Thou wilt turn again, O God, and quicken us.
S: And Thy people will rejoice in Thee.
P: Show us, O Lord, Thy mercy.

S: And grant us Thy salvation.
P: O Lord, hear my prayer.
S: And let my cry come unto Thee.

P: The Lord be with you.
S: And with your spirit.
P: Let us pray.

P: Take away from us our iniquities, we beseech Thee, O Lord; that with pure minds we may be made worthy to enter into the Holy of Holies. Through Christ our Lord. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: We pray Thee, O Lord, by the merits of Thy Saints whose relics are here, and of all the Saints: that Thou would deign to pardon me all my sins. Amen.

(Only at High Mass when incense is used)

P: *Be blessed by Him in Whose honor you will be burnt.*

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

The Lord saith: I think thoughts of peace, and not of affliction: you shall call upon Me, and I will hear you; and I will bring back your captivity from all places. (Ps 84: 2) Lord, Thou hast blessed Thy land: Thou hast turned away the captivity of Jacob. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The Lord saith: I think thoughts of peace, and not of affliction: you shall call upon Me, and I will hear you; and I will bring back your captivity from all places.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Lord, have mercy.
S: Lord, have mercy.
P: Lord, have mercy.
S: Christ, have mercy.
P: Christ, have mercy.
S: Christ, have mercy.
P: Christ, have mercy.
S: Lord, have mercy.
P: Lord, have mercy.
S: Lord, have mercy.

(Stand at High Mass)

P: Glory to God in the highest, and on earth peace to men of good will. We praise Thee; we glorify Thee; we adore Thee; we bless Thee. We give Thee thanks for Thy great glory, O Lord God, heavenly King, God the Father almighty. O Lord Jesus Christ, the only-begotten Son. Lord God, Lamb of God, Son of the Father. Thou Who takest away the sins of the world; have mercy on us. Thou Who takest away the sins of the world; receive our prayer. Thou who sittest at the right hand of the Father; have mercy on us. For Thou alone art holy; Thou alone art the Lord; Thou alone art most high, Jesus Christ, † with the Holy Spirit, in the glory of God the Father. Amen.

P: The Lord be with you.
S: And with your Spirit.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: Let us pray.

O Lord, we beseech Thee, absolve Thy people from their offenses, that through Thy bountiful goodness, we may be freed from the bonds of those sins, which by our frailty we have committed. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with You in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

S: Amen.

(Sit)

Brethren, be followers of me, and observe them who walk so as you have our model. For many walk, of whom I have told you often (and now tell you weeping), that they are enemies of the cross of Christ; whose end is destruction, whose God is their belly, and whose glory is in their shame; who mind earthly things. But our conversation is in heaven, from whence also we looked for the Savior, our Lord Jesus Christ, who will reform the body of our lowliness, made like to the body of His glory, according to the operation whereby also He is able to subdue all things unto Himself. Therefore, my brethren, dearly beloved, and most desired, my joy and my crown: so stand fast in the Lord, my dearly beloved. I beg of Evodia, and I beseech Syntyche to be of one mind in the Lord: and I entreat thee also, my sincere companion, help those women who have labored with me in the Gospel, with Clement and the rest of my fellow-laborers, whose names are in the book of life.

S: Thanks be to God.

Thou hast delivered us, O Lord, from them that afflict us: and hast put them to shame that hate us. In God we will glory all the day; and in Thy name we will give praise for ever.

Alleluia, alleluia. From the depths I have cried to Thee, O Lord: Lord, hear my prayer. Alleluia.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

(Only at High Mass when incense is used)

P: *Ab illo benedicáris, in cuius honóre cremáberis.*

P: Munda cor meum ac lábia mea, omnípotens Deus, qui lábia Isaíæ Prophétæ cálculo mundásti igníto: ita me tua grata miseratióne dignáre mundáre, ut sanctum Evangélium tuum digne váleam nuntiáre. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

P: Jube, Dómine, benedicere. Dóminus sit in corde meo, et in lábiis meis: ut digne et competéter annúntiem Evangélium suum. Amen.

AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR (Stand)

P: Dóminus vobíscum.

S: **Et cum spírítu tuo.**

P: Seqúentia sancti Evangélii secúndum Matthæum.

S: **Glória tibi, Dómine.**

GOSPEL Matthew 9: 18-26

In illo témpore: Loquente Jesu ad turbas, ecce princeps unus accessit et adorábat eum, dicens: Dómine, filia mea modo defúncta est: sed veni, impóne manum tuam super eam, et vivet. Et surgens Jesus sequebátur eum et discípuli ejus. Et ecce mulier, quæ sánguínis fluxum patiebátur duódecim annis, accessit retro, et tétigit fimbriam vestiménti ejus. Dicébat enim intra se: Si tetígero tantum vestiméntum ejus, salva ero. At Jesus convérsus et videns eam, dixit: Confide, filia, fides tua te salvam fecit. Et salva facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Jesus in domum príncipis, et vidisset tibícines et turbam tumultuántem, dicebat: Recédite: non est enim mórtua puélla, sed dormit. Et deridébant eum. Et cum ejecta esset turba, intrávit, et tenuit manum ejus. Et surrexit puélla. Et éxiit fama hæc in univérsam terram illam.

S: Laus tibi, Christe.

P: Per evangélica dicta deleántur nostra delicta.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

(Only at High Mass when incense is used)

P: *Be blessed by Him in Whose honor you will be burnt.*

P: Cleanse my heart and my lips, O almighty God, Who cleansed the lips of the Prophet Isaiah with a burning coal. In Thy gracious mercy, deign so to purify me, that I may worthily proclaim Thy holy Gospel. Through Christ our Lord. Amen.

P: Pray, Lord, a blessing. The Lord be in my heart and on my lips that I may worthily and fittingly proclaim His Gospel. Amen.

AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR (Stand)

P: The Lord be with you.

S: And with your spirit.

P: The continuation of the holy Gospel according to Matthew.

S: Glory to Thee, O Lord.

At that time, as Jesus was speaking to the multitudes, behold a certain ruler came up, and adored Him, saying: Lord, my daughter is even now dead; but come lay Thy hand upon her, and she shall live. And Jesus, rising up, followed him, with His disciples. And behold a woman, who was troubled with an issue of blood twelve years, came behind Him, and touched the hem of His garment. For she said within herself: If I shall touch only His garment, I shall be healed. But Jesus turning and seeing her, said: Be of good heart, daughter, thy faith hath made thee whole. And the woman was made whole from that hour. And when Jesus was come into the house of the ruler, and saw the minstrels and the multitude making a tumult, He said: Give place; for the girl is not dead, but sleeps. And they laughed Him to scorn. And when the multitude was put forth, He went in and took her by the hand. And the maid arose. And the fame thereof went abroad into all that country.

S: Praise to Thee, O Christ.

P: May our offenses be erased by the words of the Gospel.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Credo in unum Deum. Patrem omnipoténtem, factórem cæli et terræ, visibílium ómnium et invisibílium. Et in unum Dóminum Jesum Christum, Fílium Dei unigénitum. Et ex Patre natum ante ómnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lúmine, Deum verum de Deo vero. Génitum, non factum, consubstantiálem Patri: pro quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines, et propter nostram salútem descendit de cælis. **(Genuflect)** ET INCARNÁTUS EST DE SPÍRITU SANCTO EX MARÍA VÍRGINE: ET HOMO FACTUS EST. Crucífíxus étiam pro nobis: sub Póntio Piláto passus, et sepúltus est. Et resurrexit tértia die, secúndum Scriptúras. Et ascendit in cælum: sedet ad dexteram Patris. Et íterum ventúrus est cum glória judicáre vivos, et mórtuos: cujus regni non erit finis. Et in Spírítu Sanctum, Dóminum et vivificántem: qui ex Patre, Filióque procedit. Qui cum Patre, et Filio simul adorátur et conglorificátur: qui locútus est per Prophétas. Et unam, sanctam, cathólicam et apostólicam Ecclésiám. Confíteor unum baptísma in remissionem peccátorum. Et expécto resurrectionem mortuórum. † Et vitam ventúri sæculi. Amen.

P: Dóminus vobíscum.

S: **Et cum spírítu tuo.**

P: Orémus.

(Sit)

OFFERTORY Psalms 129: 1-2

De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratióne meam: de profúndis clamávi ad te, Dómine.

P: Súscipe, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus, hanc immaculátam hóstiám, quam ego indignus fámulus tuus offero tibi, Deo meo vivo et vero, pro innumerabilibus peccátis, et offénsionibus, et negligétiis meis, et pro ómnibus circumstántibus, sed et pro ómnibus fidélibus cristiánis vivis atque defúnctis: ut mihi, et illis proficiat ad salútem in vitam ætérnam. Amen.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: Deus, qui humanæ substántiæ dignitátem mirabíliter condidísti, et mirabílius reformásti: da nobis per hujus aquæ et vini mystérium, ejus divinitátis esse consórtes, qui humanitátis nostræ fieri dignátus est párticeps, Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus: per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Offerimus tibi, Dómine, cálicem salutáris tuam deprecántes cleméntiam: ut in conspéctu divínæ majestátis tuæ, pro nostra, et totiús mundi salúte cum odóre suavitátis ascendat. Amen. In spírítu humilitátis, et in ánimo contríto suscipiámur a te, Dómine, et sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus. Veni, sanctificátor omnípotens ætérne Deus: et benedic hoc sacrificium, tuo sancto nómini præparátum.

(Only at High Mass when incense is used)

P: *Per intercessióne beáti Michælis Archángeli, stantis a dextris altáris incénsi, et ómnium electórum suórum, incénsium, et dignórum Dóminus benedicere, et in odórem suavitátis accíperere. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.*

P: *Incénsam istud a te benedictum, ascéndat ad te, Dómine, et descendat super nos misericórdia tua.*

P: *Dirigátur, Dómine, orátio mea, sicut incénsium, in conspéctu tuo: elevátio mánuum meárum sacrificium vespértinum. Pone, Dómine, custódiám ori meo, et óstium circumstántiæ lábiis meis: ut non declínet cor meum in verba malitíæ, ad excusándas excusatiónes in peccátis.*

P: *Accéndat in nobis Dóminus ignem sui amóris, et flamma ætérnæ caritátis. Amen.*

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: Lavábo inter innocéntes manus meas: et circumdábo altáre tuum, Dómine: Ut áudiam vocem laudis, et enárrem univérsa mirabília tua. Dómine, diléxi decórem domus tuæ, et locum habitatiónis glóriæ tuæ. Ne perdas cum impiis, Deus, ánimam meam, et cum viris sánguinem vitam meam: In quorum mánibus iniquitátes sunt: déxtera eorum repléta est munéribus. Ego autem in innocéntia mea ingræssus sum: rédime me, et miserére mei. Pes meus stetit in dirécto: in ecclésiis benedícam te, Dómine. Glória Patri, et Filio, et Spírítui Sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper: et in sæcula sæculórum. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Súscipe, sancta Trínitas, hanc oblatióne, quam tibi offerimus ob memóriam passiónis, resurrectionis, et ascensionis Jesu Christi Dómini nostri: et in honórem beátæ Mariæ semper Virgínis, et beáti Joánnis Baptístæ, et sanctórum Apostolórum Petri et Pauli, et istórum, et ómnium Sanctórum: ut illis proficiat ad honórem, nobis autem ad salútem: et illi pro nobis intercedere dignéntur in cælis, quorum memóriam ágimus in terris. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

P: Oráte fratres: ut meum ac vestrum sacrificium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.

S: Suscipiat Dóminus sacrificium de mánibus tuis, ad utilitatem quoque nostram, totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ.

P: Amen.

SECRET (silently)

Pro nostræ servitúis augméto sacrificium tibi, Dómine, laudis offerimus: ut, quod imméritis contulísti, propítius exsequáris. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus,

(aloud, to conclude the Secret Prayer)

P: ...per ómnia sæcula sæculórum.

(Stand at High Mass)

S: Amen.

P: Dóminus vobíscum.

S: **Et cum spírítu tuo.**

P: Sursum corda.

S: **Habémus ad Dóminum.**

P: Grátias agámus Dómino Deo nostro.

S: **Dignum et justum est.**

PREFACE OF THE HOLY TRINITY

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Filio tuo, et Spírítu Sancto, unus es Deus, unus es Dóminus: non in uníus singularitáte persónæ, sed in uníus Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spírítu Sancto, sine differéntia discretiúnis sentímus. Ut in confessióne veræ sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in majestáte adorétur æquálitas. Quam laudant Ángeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séráphim: qui non cessant clamáre quotidie, una voce dicéntes:

(Kneel)

P: Sanctus ☩, Sanctus ☩, Sanctus ☩, Dóminus Deus Sábaoth. Pleni sunt cæli et terra glória tua. Hosánna in excélsis. † Benedíctus qui venit in nómine Dómini. Hosánna in excélsis.

(Kneel)

P: Holy, holy, holy, Lord God of Hosts! Heaven and earth are filled with Thy glory. Hosanna in the highest! † Blessed is He Who comes in the name of the Lord. Hosanna in the highest!

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God; Who, with Thine only-begotten Son, and the Holy Spirit, art one God, one Lord; not in the singularity of a single person, but in the Trinity of one substance. For what we believe from Thy revelation of Thy glory, the same we believe of Thy Son, the same of the Holy Spirit, without difference or distinction. So that in confessing the true and everlasting Deity, particularity in persons, unity in essence, and equality in majesty may be adored. Which the Angels and Archangels, the Cherubim, too, and the Seraphim do praise: who cease not to cry out daily, with one voice saying:

THE ROMAN CANON

(silently)

P: Te igitur, clementissime Pater, per Jesum Christum Filium tuum, Dóminum nostrum, súpplīces rogámus, ac pētīmus uti accépta hábeas, et benedīcas, hæc dona, hæc múnera, hæc sancta sacrificia illibáta, in primis, quæ tibi offerimus pro Ecclésia tua sancta cathólica: quam pacificáre, custodīre, adunáre, et régere dignéris toto orbe terrárum: una cum fámulo tuo Papa nostro **N.**, et Antístite nostro **N.**, et ómnibus orthodoxis, atque cathólicæ et apostólicæ fidei cultóribus.

P: Meménto, Dómine, famulórum, famularúmque tuárum **N.**, et **N.**, et ómnium circumstántium, quorum tibi fides cógnita est, et nota devótio, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se, suisque ómnibus: pro redemptióne animárum suárum, pro spe salutis et incolumitátis suæ: tibique reddunt vota sua ætérno Deo, vivo et vero.

P: Comunicántes, et memóriam venerántes, in primis gloriósæ semper Virgīnis Mariæ, Genitricis Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beáti Joseph, ejúsdem Virgīnis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis, et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni, et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis precibúisque concédas, ut in ómnibus protectiónis tuæ muniámur auxilió. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

P: ☩ Hanc igitur oblatiōnem servitútis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quæsumus, Dómine, ut placátus accípias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatiōne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

P: Quam oblatiōnem tu, Deus, in ómnibus, quæsumus, benedictam, adscríptam, ratam, rationábilem, acceptábilemque fácere dignéris: ut nobis Corpus, et Sanguis fiat dilectíssimi Filii tui Dómini nostri Jesu Christi.

P: Qui pridie quam paterétur, accepit panem in sanctas, ac venerábiles manus suas, et elevátis óculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipoténtem, tibi grátias agens, benedixit, fregit, dedítque discipulis suis, dicens:

Accípīte, et manducáte ex hoc omnes, HIC EST ENIM CORPUS MEUM.

☩ ☩ ☩

P: Símilli modo postquam cænátum est, accípiens et hunc præclárum Cálīcem in sanctas ac venerábiles manus suas: item tibi grátias agens, benedixit, dedítque discipulis suis, dicens:

Accípīte, et bíbite ex eo omnes, HIC EST ENIM CALIX SÁNGUINIS MEI, NOVI ET ÆTÉRNÍ

TESTAMENTI: MYSTÉRIUM FÍDEI: QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDÉTUR IN REMISSIÓNEM PECCATÓRUM.

Hæc quotiescúmque fecéritis, in mei memóriam faciétis.

☩ ☩ ☩

P: Unde et mémores, Dómine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, ejúsdem Christi Filii tui Dómini nostri tam beatæ passiónis, nec non et ab ínferis resurrectiōnis, sed et in cælos gloriósæ ascensiónis: offerimus præcláræ majestáti tuæ de tuis donis, ac datis, hóstiam puram, hóstiam sanctam, hóstiam immaculátam, Panem sanctum vitæ ætérnæ, et Cálīcem salutis perpétuæ.

P: Supra quæ propítio ac seréno vultu respícere dignéris; et accépta habére, sícuti accépta habére dignátus es múnera púeri tui justí Abel, et sacrificiū Patriárchæ nostri Ábrahæ: et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculátam hóstiam.

P: Súpplīces te rogámus, omnípotens Deus: jube hæc perférri per manus sancti Ángeli tui in sublīme altáre tuum, in conspéctu divínæ majestátis tuæ: ut quotquot, ex hac altáris participatiōne sacrosánctum Filii tui, Corpus, et Sánguinem sumpsérimus, omni benedictióne cælesti et grátia repleámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

P: Meménto étiam, Dómine, famulórum, famularúmque tuarum **N.** et **N.** qui nos præcesserunt cum signo fidei, et dormiunt in somno pacis. Ipsis, Dómine, et ómnibus in Christo quiescéntibus, locum refrigerii, lucis et pacis, ut indulgéas, deprecámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

P: Nobis quoque peccatóribus fámulis tuis, de multítudine miseratiónum tuárum sperántibus, partem áliquam, et societátem donáre dignéris, cum tuis sanctis Apóstolis et Mátyribus: cum Joánne, Stéphano, Matthiá, Bárnaba, Ignátio, Alexándro, Marcellīno, Petro, Felicitáte, Perpétua, Ágatha, Lúcia, Agnéte, Cæcília, Anastásia, et ómnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consórtium, non æstimátor mériti, sed véniæ, quæsumus, largítor emítte. Per Christum Dóminum nostrum.

P: Per quem hæc ómnia, Dómine, vivífer, bona creáas, sanctíficas, servácas, benedícas, et præstas nobis. Per ípsam, et cum ípso, et in ípso, est tibi Deo Patri omnipoténti, in unitáte Spíritus Sancti, ómnis honor, et glória.

(aloud, to conclude the Canon)

P: Per ómnia sæcula sæculórum.

(Stand at High Mass)

S: Amen.

P: Orémus. Præcéptis salutáribus móniti, et divína institutiōne formáti, audémus dícere:

Pater noster, qui es in cælis: Advéniat regnum tuum: Fiat vóluntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum quotidíānum da nobis hódie: Et dímittle nobis débíta nostra, sicut et nos dimittimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiōnem:

S: Sed libera nos a malo.

P: Amen

P: Líbera nos, quæsumus, Dómine, ab ómnibus malis, prætéritis, præséntibus, et futúris: et intercedénte beáta et gloriósa semper Virgīne Dei Genitricē Mariá, cum beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque Andréa, et ómnibus Sanctis, da propítius pacem in díebus nostris: ut ope misericórdiæ tuæ adjúti, et a peccáto símus semper líberi et ab omni perturbatiōne securi. Per eúndem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

S: Amen.

P: Pax Dómini sit semper vobiscum.

S: Et cum spírītu tuo.

(Kneel at High Mass)

P: Hæc commixtio, et consecratió Córporis et Sánguinis Dómini nostri Jesu Christi fiat accipiéntibus nobis in vitam ætérnam. Amen.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: **(strike breast)** miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: **(strike breast)** miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: **(strike breast)** dona nobis pacem.

P: Dómine Jesu Christe, qui dixísti Apóstolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccáta mea, sed fidem Ecclésia tuæ: eámque secúndum volentem tuam pacificáre et coadunáre dignéris: Qui vivis et regnas Deus per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

P: Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris, cooperánte Spírītu Sancto, per mortem tuam mundum vivificásti: líbera me per hoc sacrosánctum Corpus et Sánguinem tuum ab ómnibus iniquitátibus meis, et univérsis malis: et fac me tuis semper inhærére mandátis, et a te nunquam separári permíttas: Qui cum eódem Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

P: Percéptio Córporis tui, Dómine Jesu Christe, quod ego indignus súmere præsumo, non mihi provéniat in júdicium et condemnatiōnem: sed pro tua pietáte prosit mihi ad tutaméntum percipiéndam: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

P: Panem cælestem accípīam, et nomen Dómini invocábo.

Dómine, non sum dignus ☩, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea. Dómine, non sum dignus ☩, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea. Dómine, non sum dignus ☩, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

THE ROMAN CANON

P: Therefore, most merciful Father, we humbly pray and entreat Thee, through Jesus Christ, Thy Son, Our Lord, that Thou would accept and bless these gifts, these offerings, these holy and spotless sacrifices, which, in the first place, we offer Thee for Thy holy catholic Church: deign to pacify, to guard, to unite, and to govern her throughout the world, together with Thy servant **N.**, our Pope, and **N.**, our Bishop; and all orthodox believers of the catholic and apostolic faith.

P: Be mindful, O Lord, of Thy servants and handmaids **N.** and **N.**, and of all here present, whose faith and devotion are known unto Thee, for whom we offer, or who offer to Thee, this sacrifice of praise for themselves, and for all their own, for the redemption of their souls, for their hope of salvation and safety; and who pay their vows to Thee, the everlasting, living, and true God.

P: Having communion with, and venerating first of all the memory of the glorious and ever Virgin Mary, Mother of our God and Lord Jesus Christ; and also of blessed Joseph, Spouse of the same Virgin, and of Thy blessed Apostles and Martyrs, Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus; of Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and all Thy Saints, by whose merits and prayers, grant that in all things we may be defended by the help of Thy protection. Through the same Christ, our Lord. Amen.

P: We therefore beseech Thee, O Lord, to graciously accept this oblation of our service, as also of Thy entire family; dispose our days in Thy peace, save us from eternal damnation, and command that we be numbered in the flock of Thine elect. Through Christ our Lord. Amen.

P: Which oblation, do Thou, O God, deign in all respects to make blessed, approved, ratified, reasonable and acceptable, so that it may become for us the Body and Blood of Thy most beloved Son, our Lord, Jesus Christ.

P: Who, the day before He suffered, took bread into His holy and venerable hands, and with His eyes raised to heaven, unto Thee, God, His almighty Father, giving thanks to Thee, He blessed it, broke it, and gave it to His disciples saying:

Take, all of you, and eat of this: FOR THIS IS MY BODY.

☩ ☩ ☩

P: In like manner, after He had supped, taking also this excellent chalice into His holy and venerable hands, and giving thanks to Thee, He blessed it, and gave it to His disciples, saying:

Take, all of you, and drink of this: FOR THIS IS THE CHALICE OF MY BLOOD OF THE NEW AND ETERNAL TESTAMENT: THE MYSTERY OF FAITH: WHICH SHALL BE POURED OUT FOR YOU AND FOR MANY UNTO THE REMISSION OF SINS.

As often as you shall do these things, you do them in memory of Me.

P: Wherefore, Lord, we, Thy servants, but also Thy holy people, mindful of the same Christ, Thy Son, our Lord, of His blessed passion, and of His resurrection from the grave, and of His glorious ascension into heaven, offer unto Thy most excellent majesty of Thine own gifts, bestowed upon us, a pure victim, a holy victim, an unspotted victim, the holy Bread of eternal life and the Chalice of everlasting salvation.

P: Deign to regard them with a gracious and serene countenance, and to accept them, as Thou didst deign to accept the gifts of Thy just servant Abel, and the sacrifice of Abraham our Patriarch, and that which Thy chief priest Melchisedech offered to Thee, a holy sacrifice, an unspotted victim.

P: Humbly we pray Thee, almighty God, command these offerings to be borne by the hands of Thy holy Angel to Thine altar on high, in the sight of Thy divine majesty, so that as many of us as shall, by partaking from this altar, consume the most holy Body and Blood of Thy Son, may be filled with every heavenly grace and blessing. Through the same Christ our Lord. Amen.

P: Be mindful also, O Lord, of Thy servants and handmaids **N.** and **N.** who have gone before us with the sign of faith and rest in the sleep of peace. To these, O Lord, and to all who rest in Christ, we plead that you grant a place of comfort, light, and peace. Through the same Christ our Lord. Amen.

P: To us sinners also, Thy servants, trusting in the multitude of Thy mercies, deign to grant some part and fellowship with Thy holy Apostles and Martyrs, with John, Stephen, Matthias, Barnabas, Ignatius, Alexander, Marcellinus, Peter, Felicitas, Perpetua, Agatha, Lucy, Agnes, Cecilia, Anastasia, and with all Thy Saints, into whose company, we beseech Thee, not as appraiser of merit but as bestower of pardon, to admit us. Through Christ our Lord.

P: Through Whom, O Lord, Thou always create, sanctify, quicken, bless and bestow upon us all good things. Through Him and with Him and in Him is to Thee, God the Father almighty, in the unity of the Holy Spirit, all honor and glory,

P: Forever and ever.

(Stand at High Mass)

S: Amen.

P: Let us pray: Admonished by Thy saving precepts, and following Thy divine institution, we dare to say: Our Father, Who art in heaven, hallowed be Thy name; Thy kingdom come; Thy will be done on earth as it is in heaven. Give us this day our daily bread. And forgive us our trespasses as we forgive those who trespass against us. And lead us not into temptation.

S: But deliver us from evil.

P: Amen.

P: Deliver us, we beseech Thee, O Lord, from all evils, past, present, and to come; and by the intercession of the blessed and glorious ever-Virgin Mary, Mother of God, together with Thy blessed Apostles, Peter and Paul, and Andrew, and all the Saints, mercifully grant peace in our days, that sustained by the help of Thy mercy, we may be always free from sin and secure from all disturbance. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee, in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

S: Amen.

P: The peace of the Lord be always with you.

S: And with your spirit.

(Kneel at High Mass)

P: May this mingling and consecration of the Body and Blood of our Lord Jesus Christ be to us who receive it effectual unto eternal life. Amen.

Lamb of God, Who takes away the sins of the world, **(strike breast)** have mercy on us.

Lamb of God, Who takes away the sins of the world, **(strike breast)** have mercy on us.

Lamb of God, Who takes away the sins of the world, **(strike breast)** grant us peace.

P: O Lord Jesus Christ, Who said to Thine Apostles: Peace I leave you, My peace I give you; regard not my sins, but the faith of Thy Church, and deign to grant her peace and to unify her according to Thy will: Who lives and reigns God, forever and ever. Amen.

P: Lord Jesus Christ, Son of the living God, Who, by the will of the Father, with the cooperation of the Holy Spirit, hast by Thy death given life to the world; deliver me by this Thy most sacred Body and Blood, from all my sins and from all evils. Make me always cleave to Thy commandments, and never permit me to be separated from Thee, Who with the same God the Father and the Holy Spirit, lives and reigns, God, forever and ever. Amen.

P: Let not the partaking of Thy Body, O Lord Jesus Christ, which I, unworthy, presume to receive, turn to my judgment and condemnation; but through Thy kindness, may it benefit me, a safeguard both of mind and body, and a certain remedy. Who with God the Father, in the unity of the Holy Spirit, lives and reigns God, forever and ever. Amen.

P: I will take the Bread of heaven, and will call upon the name of the Lord.

Lord, I am not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed. Lord, I am not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed. Lord, I am not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.

P: Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam ætérnam. Amen.

P: Quid retribuam Dómino pro ómnibus quæ retribuit mihi? Cálicem salutáris accípiam, et nomen Dómini invocábo. Laudans invocábo Dóminum, et ab inimícis meis salvus ero.

P: Sanguis Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam ætérnam. Amen.

P: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi.

S: Dómine, non sum **(strike breast)** dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

S: Dómine, non sum **(strike breast)** dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

S: Dómine, non sum **(strike breast)** dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

AT THE COMMUNION RAIL

P: Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam tuam in vitam ætérnam. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Quod ore sumpsimus, Dómine, pura mente capiámus: et de múnere temporáli fiat nobis remédium sempitérnum.

P: Corpus tuum, Dómine, quod sumpsi, et Sanguis, quem potávi, adhæreat viscéribus meis: et præsta; ut in me non remáneat scélerum mácula, quem pura et sancta refecerunt sacraméнта: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum, Amen.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

COMMUNION Mark 11: 24

Amen dico vobis, quidquid orántes pétitis, créдите quia accipiétis, et fiet vobis.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

(Stand at High Mass)

P: Dóminus vobíscum.

S: Et cum spírítu tuo.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: Orémus.

POSTCOMMUNION

Quæsumus, omnípotens Deus: ut, quos divína tribuis participatióne gaudére, humanís non sinas subjacére periculís. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

S: Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Dóminus vobíscum.

S: Et cum spírítu tuo.

P: Ite, Missa est.

S: Deo grátias.

(Kneel at High Mass)

P: Pláceat tibi, sancta Trínitas, obséquium servitútis meæ: et præsta; ut sacrificium, quod óculis tuæ majestátis indignus obtúli, tibi sit acceptábile, mihique et ómnibus pro quibus illud obtúli, sit, te miseránte, propitiábile. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

P: Benedícat vos omnípotens Deus, † Pater, et Fílius, et Spírítus Sanctus.

S: Amen.

AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR

(Stand)

P: Dóminus vobíscum.

S: Et cum spírítu tuo.

P: Inítium sancti Evangéllii secúndum Joánnem.

S: Glória tibi, Dómine.

P: In princípío erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípío apud Deum. Ómnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso víta erat, et víta erat lux ténebræ: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehéndérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hómínem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his qui credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt.

(Genuflect) ET VERBUM CARO FACTUM EST

et habitávit in nobis: et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiae et veritátis.

S: Deo grátias.

[Leonine Prayers](#)

(optional after Low Mass)

P: May the Body of our Lord Jesus Christ preserve my soul unto life everlasting. Amen.

P: What return shall I render unto the Lord for all He has given me? I will take the Chalice of salvation, and I will call upon the name of the Lord. Praising I will call upon the Lord, and I shall be saved from my enemies.

P: May the Blood of our Lord Jesus Christ preserve my soul to life everlasting. Amen.

P: Behold the Lamb of God, behold Him who takes away the sins of the world.

S: Lord, I am **(strike breast)** not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.

S: Lord, I am **(strike breast)** not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.

S: Lord, I am **(strike breast)** not worthy that Thou should enter under my roof; but only say the word and my soul shall be healed.

AT THE COMMUNION RAIL

P: May the Body of our Lord Jesus Christ preserve your soul unto everlasting life. Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: Grant, O Lord, that what we have taken with our mouth, we may receive with a pure mind; and from a temporal gift may it become to us an eternal remedy.

P: May Thy Body, O Lord, which I have consumed, and Thy Blood which I have drunk, cling to my vitals; and grant that no wicked stain may remain in me, whom these pure and holy mysteries have refreshed. Who lives and reigns, forever and ever. Amen.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

Amen I say to you, whatsoever you ask when you pray, believe that you shall receive and it shall be done to you.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

(Stand at High Mass)

P: The Lord be with you.

S: And with your spirit.

AT THE RIGHT SIDE OF THE ALTAR

P: Let us pray.

We beseech Thee, O almighty God: that Thou suffer us not to yield to human dangers whom Thou dost grant to rejoice in this sharing in divine gifts. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with You in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

S: Amen.

AT THE CENTER OF THE ALTAR

P: The Lord be with you.

S: And with your spirit.

P: Go, the Mass is ended.

S: Thanks be to God.

(Kneel at High Mass)

P: May the performance of my homage be pleasing to Thee, O holy Trinity: and grant that the sacrifice which I, though unworthy, have offered up in the sight of Thy majesty, may be acceptable unto Thee, and may, through Thy mercy, be a propitiation for myself and all those for whom I have offered it. Through Christ our Lord. Amen.

P: May almighty God bless you, † the Father, Son, and Holy Spirit.

S: Amen.

AT THE LEFT SIDE OF THE ALTAR

(Stand)

P: The Lord be with you.

S: And with your spirit.

P: The beginning of the holy Gospel according to John.

S: Glory be to Thee, O Lord.

P: In the beginning was the Word, and the Word was with God, and the Word was God. The same was in the beginning with God. All things were made by him: and without him was made nothing that was made. In him was life, and the life was the light of men. And the light shineth in darkness, and the darkness did not comprehend it. There was a man sent from God, whose name was John. This man came for a witness, to give testimony of the light, that all men might believe through him. He was not that light, but was to give testimony of the light. That was the true light, which enlighteneth every man that cometh into this world. He was in the world, and the world was made by him, and the world knew him not. He came unto his own, and his own received him not. But as many as received him, he gave them power to be made the sons of God, to them that believe in his name. Who are born, not of blood, nor of the will of the flesh, nor of the will of man, but of God.

(Genuflect) AND THE WORD WAS MADE FLESH,

and dwelt among us, (and we saw His glory, the glory as it were of the only begotten of the Father,) full of grace and truth.

S: Thanks be to God.